

ætatis sue anno octuagesimo, et testatus
 est, post mortem suam corpus suum in
 villa, in qua natus erat, sepeliri, quod
 consecratum est. Testamentum vero
 anno ducentesimo quarto de Elhegira:
 hoc est secundum millesimum Maume=
 danorum; et nota quod Joana nomen
 est Hebræum, Joannes scilicet dicitur
 apud Latinos, et Mesuah; qui dicitur
 Moyses secundum regulam diminu-
 tivorum Chaldeorum.

De Esciari Philosopho.

Iste Esciari fuit maximus Philosophus
 secundum opinionem Aristotelis, postea
 effectus est catholicus secundum legem
 qui non solum fuit Theologus: verum
 etiam Esciaritarum opinionis caput,
 et Princeps: qui à suo nomine originem
 sumpserunt. quam opinionem tam Africani,
 quam Asiatici retinent, regnis atq; regionib;